



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 85. Synodi Tornacensis statuta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

Sæc. XVII. cultatem habuerit. Statuit etiam, ne  
 A.C. 1661. ullus extra diem Natalem bis eodem  
 die Missam celebret, nisi ratione con-  
 cursus, aut ob repentinum morbum vicini  
 Pastoris, aut ex speciali licentia Epi-  
 scopi: præcepit insuper, ut singuli Pa-  
 rochi in visitatione exhibeant Concilium  
 Tridentinum, utrumque Provinciale  
 & novissimum Cameracense, cum pro-  
 prii nominis & cognominis inscriptione  
 in prima pagina. Voluit etiam, ut  
 Decani Eremitis Episcopi statuta pre-  
 gant, & si transgressores ter puniti se  
 non emendaverint, eos habitu exulant,  
 nullus autem ad habitum admittatur,  
 nisi prius per integrum annum apud  
 alios Eremitas ab Episcopo designa-  
 dos habitaverit, & eorum testimonio  
 commendatus fuerit.

## §. LXXXV.

*Synodi Tornacensis statuta.*

*Concil. Germ. l. c.* **R**ursus Franciscus Villani de Gandava  
 Tornacensis Episcopus in sua Sy-  
 nodo die tertio Maji celebrata plures  
 sanctiones antea editas innovavit, pro-  
 hibuitque, ne opera Caroli Molinæi le-  
 gerentur, statuitque, ut nomine te-  
 tius Cleri Regiæ Majestati supplicare-  
 tur, quatenus denuo suum edictum de-  
 super innovare dignetur, adjectis etiam  
 poenis

poenis gravioribus mille florenorum, Sæc. XVII.  
aut etiam confiscationis bonorum vel A. C. 1661.  
exilii. Insuper nullum ad Subdiaconatus ordinem admitti voluit, nisi vere possideat bona anni redditus centum quinquaginta florenorum. Insuper Christophorus Bernardus a Galen Monasteriensis Episcopus die prima Octobris epistolam Pastoralem edidit, in qua Clero suo observantiam variorum statutorum impense commendavit.

### §. LXXXVI.

#### *Julii Mazarini Cardinalis obitus.*

Inter Purpuratos, qui hoc anno fatis cessere, tam mortis casu, quam ge- Hode Hist. de Louis XIV.  
storum fama primus exstigit Julius Ma- Nani Hist.  
zarinus Piscinæ in Aprutio ex nobili Venet. l. 8.  
Romana prosapia ortus. Hic primævo tom. 2.  
naturæ Beneficio præclaris dotibus ad Hist. du Card. Maz.  
conciliandum amorem & ad heroicas tom. 2.  
actiones idoneis ubertim præditus, Ro-  
mæ humanioribus literis, & Al-  
calæ in Hispania Jurisprudentia inge-  
nium suum excoluit: inde vero Ro-  
mam reversus, atque utriusque Juris  
Doctor anno ætatis suæ vigesimo re-  
nuntiatus Patris sui falso de homicidio  
accusati Advocatum egit, eumque ci-  
tissime a calunnia exemit. Exorto  
Vallis Telinæ tumultu Julius togam  
Tt 3 exuit,